

18.lib.3. dum respondendo traditioni Bar.in l. si ita stipulatus fuero, te sili. §. postum. ff. de verb. oblig. dicentis, promissorem principalem dici eum, qui simpliciter pro altero promisit (inquit Socinus) si ad eius instantiã se obligavit. Et idem est, quando quis promisit pro alio. Nam, & hoc casu præsumitur fideiussor. Bar.in l. reos. n. 5. ff. de duobus reis. Dec. in consil. 7. num. 1. & Puzpur. in col. 600. num. 6.

Filia dotata, quæ bonis paternis, ac alijs renunciavit, an & quando præsumatur renunciavisse favore fratri tunc existentium, an etiam, & agnatorum?

S V M M A R I V M.

- 1 Filia dotata renunciavit bonis paternis, cuius favore præsumatur renunciavisse.
- 2 Existentibus fratribus, & agnatis filia renunciavit, præsumitur renunciatio facta favore fratrum, & quando si solis fratribus, & num. 16.
- Et quis inde effectus sequatur, nu. 3.
- Secus si aliqua ad sint coniectura, quibus constat patrem voluisse ultra filios bona conservari in agnatione, nu. 4.
- 3 Renunciatio præsumitur facta causa, & respectu masculorum ad conservandam familiam.
- 4 Pater potest relinquere filia non obstante renunciazione ab ipsa facta.
- 5 Sorores quando excludant sororem, quæ renunciavit bonis paternis, & nu. 8. 9. & 19. ubi opiniones contraria recitantur.
- 6 Filia bis seu geminè renunciavit bonis paternis existentibus tantum sororibus, in earum commodum præsumitur renunciavisse, Et quibus alijs coniecturis id considerari possit, n. 12. & 13.
- 7 Pater non præsumitur per renunciazioneem filia sibi factam, voluisse admitti agnatos ad filia ipsius exclusionem. Nisi coniecturis aliud appareat, nu. 15. 16. & 17.

P R A E S V M P T. CXLVII.

Dubitari sæpe solet, quando filia à patre dotata renunciavit bonis paternis, ac alijs an præsumatur renunciavisse favore fratrum, vel sororum tunc existentium, an etiam, & agnatorum, & quidem hac in re distinguendi, atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est quando eo tempore, quo filia renunciavit bonis extabant filij masculi, extabant, & agnati. Hoc sanè casu præsumitur, filiam hanc renunciavisse ipsis bonis favore, & respectu dictorum eius fratrum, & propterea eis morientibus, patre ipso superstite, qui deinde decessit intestatus, filia admittitur ad patris successione, non obstante renunciazione illa. Ita Bald. in consil. 437. Quædam puella, libr. 1. & in l. pactum quod dotali, col. 2. q. 4. C. de coll. & ibidem Castr. Rom. Sal. & Rim. sen. nu. 11. vers. 7. limita. Sic, & Sal. in l. pactum quod dotali, C. de pactis. Imol. in l. qui superstitis, nu. 2. vers. item tertio, ff. de acq. hæc. Alex. in consil. 29. nu. 9. lib. 2. & in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 11. de verbo. oblig. & ibidem Crottus nu. 33. & Claudius Seyfelliuss, num. 12. Guo papa q. 192. & in consil. 158. in fine. Decius in col. 309. nu. 3. & in consil. 370. in fine. Afflictus in c. si quis investierit, n. 25. de feudo dato in vicem legis commissor. Nata in c. quamvis, in vltima fallentia, de pactis, in 6. Gulielmus Bened. in cap. Raynut. in verbo, duas habens filias, nu. 297. de testam. Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 89. de verborum oblig. Crau. in consil. 42. nu. 2. & Ripa. in d. c. quamvis, in tertia parte, §. 3. nu. 4. qui testatur communem esse opinionem. Ea ratione moti sunt, quod cum in dubio præsumatur (vt diximus) hæc filia renunciavisse favore, & contemplatione fratris, vt scilicet ipsi possent conservare agnationem, & familiã,

eis præmorientibus, sicque cessante causa cessat, & ipsa renunciazione. arg. l. i. ubi nemo, C. ad S. C. Velleian. & conferunt l. 3. §. 1. ff. de transactio. & l. si actione, & ibi Bald. C. de pactis.

Declaratur hic casus vt locum non habeat, quando constat aliquibus coniecturis patrem voluisse ultra filios, bona conservari in agnatione & familia. Nam tunc est filij ipsi omnes decesserunt, filia tamen non admittitur ad patris successione, sed agnati succedunt. Ita intelligo Guid. Papæ q. 191. vers. secus autem, & Paris. in consil. 26. nu. 37. & in consil. 69. num. 60. lib. 3. & conferunt quæ dicemus infra in vltimo casu.

Secundus est casus, quando tempore quo filia renunciavit bonis, extabant multi filij masculi, quorum aliqui decesserunt patre superstite, qui deinde intestatus decessit. Hoc sanè in casu quem nemo quod sciam attingit, filia non admittitur ad successione, sed excluditur ab alijs fratribus superstitibus. Et ratio quidem est, quia, & si aliqui ex ipsis masculis decesserunt, attamen super est eis aliquis, cuius etiam causa facta est renunciazione. Et sanè (vt attingi supra) causa, & respectu masculorum præsumitur renunciazione, vt ipsi masculi possent conservare agnationem, & familiam propriam, sicuti respondunt Corn. in consil. 291. nu. 5. lib. 4. Bellonus in consil. 15. nu. 12. Crau. in consil. 42. num. 2. Didacus in d. c. quamvis, in 3. parte, §. 3. num. 4. vers. si tempore quo de patris, in 6. & hos secutus sum in consil. 6. num. 10. vers. tertia ratio, libr. 1. est tamen obseruandum, quod pater testari potest, & ipsi filia relinquere. Rota Rom. in dec. 393. num. 4. parte prima in nouiss. editis.

Tertius est casus, quando tempore renunciazioneem extant masculi, & femina, & viuo patre decessit masculi, tunc femina superstites mortuo deinde patre ab intestato excluduntur fratrem, quæ renunciavit bonis, patre stipulante pro se, & hæredibus, vel pro se, & suis decessentibus. Ita sentit Angel. in consil. 25. in fine, & Aretinus in consil. 17. col. 8. vers. item prohibetur, cum dixerunt filiam renunciantem hæreditari paterna, non admitti ad eius successione ab intestato, quando extat aliquis ex ipsius patris decessentibus, quorum nomine veniunt etiam femina, vt dicemus infra in libr. 4. præsumptio. 91. nu. 2. & magis in specie casum hunc probatur Alex. in consil. 29. num. 8. lib. 3. Soc. sen. in consil. 34. num. 8. libr. 4. Paris. in consil. 26. nu. 27. lib. 3. & apertius Didac. in d. c. quamvis, in 3. parte, num. 4. vers. septimò, si pater habens, de pact. in 6. Et ratio est, quia nomine hæredum continentur etiam femina hæredes, vt dicemus infra libr. 4. præsumpt. 84. num. 39.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam, quando nulla adhibita stipulatione patris recipientis renunciazioneem pro se, & hæredibus, filia renunciavit, aliæ verò eius sorores non renunciarunt. Nam tunc filia quæ renunciavit, non admittitur ad successione patris intestati. Ita post Alex. in d. consil. 26. Afflict. in dec. 161. & Paris. in d. consil. 26. num. 38. lib. 3. Scribit Didac. in d. §. 3. num. 3. vers. octavo quoties.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam in detrimentum religionis, & quam ingresa est filia, quæ bonis patris renunciavit. Nam, & si decesserunt omnes ipsi filij masculi eo renunciazioneem tempore existentes, superstitibus alijs filiabus, attamen hæc filia, que ante religionem ingressum bonis patris renunciavit, admitti non debet vnà cum alijs eius sororibus ad successione patris mortui ab intestato. Ita in specie tradit Didacus in d. §. 4. num. 3. vers. nono, idem omnino. Ea ratione motus est Didacus, quia renunciazione facta fuit, vt aliæ filia possent maiori cum dote matrimonio contra here. Et subiungit Didacus quod etiam hoc casu extrinsecis omnibus fratribus, & sororibus, filia hæc monialis admitti non debet, nec monasterium ad bona ipsa paterna contraluntatem

luntatem patris inter alios testantis, qui eam mentem habuit, vt possit liberè testari abque obligatione instituenti filiam monialem, aut rei aliquid relinquendi, tametsi, subiungit Didacus, ab intestato forsam in monasterium iure ipsius monialis debeat admitti, cum nullas ex patris decessentibus superstit, quem pater voluerit filia renuncianti, & monasterio præferri.

Quartus est casus, quando tempore quo filia renunciavit bonis patris, nulli extabant filij masculi, sed solam filia, atque ita sorores ipsas renunciantis, quibus superstitibus pater ipse intestatus decessit. Hoc in casu sunt opinioniones. Nam opinati sunt aliqui, has sorores superstites excludere illam, quæ renunciavit. Hæc in opinione fuerat Bald. in consil. 96. lib. 4. Angel. in consil. 52. Dominus Gilius, quos refert, & sequitur Afflict. in dec. 161. in fine, & idem sentit Paris. in consil. 26. num. 36. in fin. & nu. 52. & 53. & in consil. 69. num. 60. lib. 3. Ceteræ contrariæ opinionem, quod scilicet non excludatur hæc filia, quæ renunciavit, scripserunt idem Bald. sibi parum constans in consil. 477. Quædam puella, libro 1. Cor. in consil. 291. num. 5. lib. 4. Dec. in consil. 309. num. 3. in consil. 370. in fin. & in consil. 433. nu. 2. Crauet. in consil. 42. col. 1. vers. sed contrarium, & num. 3. & Did. in d. c. quamvis, in tertia parte, §. 3. nu. 4. vers. illud verò est, & in vers. 6. est præterea. Ea ratione moti sunt, quia nulla est differentia inter ipsas feminas, cum ita hæc vt illa, quæ renunciavit, non possint conservare agnationem, & familiam.

Declaratur hic casus vt locum non habeat, quando coniecturis constat renunciazioneem fuisse factam ad commodum aliarum sororum renunciantis. Ita Didacus in d. §. 3. num. 5. vers. primum, & vers. 3. illud. Et prima quidem coniectura, quando filia bis atque ita geminatè renunciavit. Ita Paris. in d. consil. 26. num. 36. lib. 3. Secunda est coniectura, quando filia renunciavit bonis maternis, & sororibus. Nam tunc filia hæc quæ renunciavit, non admittitur vnà cum alijs. Paris. in d. consil. 26. §. 3. nu. 37. & 38. Tertia est coniectura, quando renunciazione facta fuit causa dotis data, atque ita filia expressim dixit, se causa ipsius sibi numeratè renunciavisse. Hoc sanè casu excluditur ab alijs eius sororibus. Ita Soc. Sen. in consil. 34. num. 5. lib. 4. Paris. in consil. 26. nu. 4. & in col. 69. nu. 66. & 68. lib. 3. & Did. in d. §. 3. nu. 4. vers. decimo est omnino.

Quintus est casus, quando tempore quo filia renunciavit bonis, extabant agnati proximi, vt fratres, vel nepotes ex fratribus, vel alij similes. Hoc sanè casu regulariter non præsumitur patrem voluisse admitti hos agnatos ad exclusionem filia. Ita Dida. in dicto c. quamvis, in tertia parte, §. 3. num. 4. vers. quarto, si paternam, de pactis, in 6. & idem sentit Guterius Hispanus in eodem c. quamvis, in verbo, omnino servari, num. 2. est ratio, quia non præsumitur, quod pater voluerit præferri agnatos proprijs filiabus, cum acutissimi, C. de si deicommis. Receditur tamen ab hac regula, quando constat coniecturis patrem voluisse præferri agnatos. Ita Corn. in consil. 291. nu. 5. & 6. libro quarto. dum respondit nepotem ex fratre dilectum à patre dictæ filia, excludere ipsam filiam, cum præsumitur, patre curasse, vt filia suis bonis renunciaret causa, & contemplatione dicti nepotis, ad quem ipse pateruus voluit se mortuo bona pervenire, vt possent conservare agnationem, & familiam. Et Corn. secutus sum in consil. 6. nu. 1. lib. 1. & ibidem vers. quod quidem, scripsi coniecturam esse, patre acceptasse renunciazioneem à filia factam, vt illa esset sepe excluda, si pater ipse testando disposuit, quod si eius filius decederet, ad huc ipsa filia esset tacita, & contenta ea dote sibi assignata, cuius causa renunciavit ipsis bonis. Et dixi ex hac patris dispositione colligi, patre non considerasse qualitatem, & existentiam filij, sed agnationis

& familia conservationem, & numer. 12. adiunxit Corn. in d. consil. 291. nu. 6. coniecturam etiam delatam ex affectione, & benevolentia patris ergo filios fratris, vel alium agnatum, quos in ignopere diligebat. Et rursus idem est dicendum secundum Guterium ubi supr. nu. 4. quando filia, quæ renunciavit, dixit se renunciare, vt si alij filij non nascantur ipsi patri, possit is relinquere venientibus ab intestato.

Sextus est casus, quando filia, patre præsentem, & consentiente simpliciter renunciavit bonis patris vnà fratri præsentem, & recipientem, & deinde is frater mortuus, relictis alijs fratribus, patre deinde defuncto ab intestato. Hoc in casu an filia censetur excluda ab illis fratribus superstitibus? Et excludi scripserunt Bald. in l. pactum quod dotali, qu. 8. num. 6. C. de collationibus post Dyn. in consil. 6. & Speculatorem in titu. de testam. §. F. Boer. q. 184. num. 3. Rodericus Suarez. in l. quoniam in prioribus, in quarta limit. ad declarationem l. Regni, C. de inoffic. testam. & Io. Guterius Hispanus, in c. quamvis, in prin. num. 7. de pactis, in 6. ea est huius traditionis ratio, quia cum renunciazione sit facta simpliciter, præsumitur facta etiam ad commodum aliorum fratrum absentium, & propterea, præmortuo fratre illo recipiente, eius portio alijs accrescit, l. vnica, C. quando non peten. partes.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando non simpliciter, sed causa, & contemplatione illius solius fratris præsentis, & recipientis facta est renunciazione. Nam tunc eo mortuo evanescit renunciazione, atque ita alijs non accrescit. Quod verò illius solius causa id factum sit, vel claris verbis, vel præsumptionibus, & coniecturis constare potest, sicuti tradit post alios Guterius præcitato in loco, num. 7. 8. & 9.

Septimus est casus, quando mortuo patre relicto filio, & duabus filiabus, mater nupsit filio dote constituta, quæ renunciavit bonis paternis. Hoc etiam casu præsumitur renunciazioneem fuisse factam ad commodum, & vtilitatem ipsius fratris, vel præsumptionibus, & vtilitatem ipsius fratris, non autem etiam sororis. Cum illa ratio conservandæ agnationis, & familia de qua diximus supra numero. locum habet, & hoc in casu, sicuti in simili dicimus matrem instituentem masculos, dote relicta filiabus, considerasse agnationem, & familia mariti conservationem, sicuti considerasset ipse maritus si testatus sic fuisset, vt dicemus in subsequenti libro præsumpt. 69. num. 10. vers. procedit etiam.

Octavus est casus, quando mortuo patre, relicto filio & duabus pluribusve filiabus, filias ipsas nupsit, & dote ex bonis paternis constituit alteri ex ipsis sororibus, quæ renunciavit bonis paternis fratre ipso simpliciter acceptante. Hoc quoque casu præsumendum est, renunciazioneem fuisse factam ad commodum, & vtilitatem fratris, tum ea ratione supra considerata, vt valeat conservare agnationem, & familiam, tum quia, quilibet præsumitur velle sibi, suisque hæredibus acquirere, non autem alijs, cum ordinata charitas incipit à seipso. l. Præses. C. de seruit. & aqua.

Contractus an, & quando præsumatur perfectus, si contrahentes de eo volunt instrumentum conscribi à notario?

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus ex voluntate partium requirunt scripturam, an & quando præsumatur perfectus.
- 2 Contractus qui requirunt scripturam pro sui substantia, ante cõfectum instrumentum dicuntur conditionales, & imperfecti, & ibi exemplis declaratur.
- Idè quando statuto vsu, & consuetudine scriptura requiritur, n. 3.
- Si autem scriptura requiratur solum ad faciorem probationem sunt opinionēs contrariæ, num. 4.

5 Verba contrahentium intelligi debent secundum naturam actus & contractus.
6 Contractus censetur perfectus vel non secundum quod ex verbis contrahentium possunt sumi coniectura, quod voluerint, vel non in scriptis redigi. Et quæ coniectura, usque ad nu. 16. & finem præsumpt.

P R A E S V M P T. CXLVIII.

Dubitari per sepe solet, an contractus dicatur esse perfectus, & perfectus, vel potius conditionalis, & imperfectus, quando contrahentes s' dixerunt, quod de ipso contractu conficiatur publicum instrumentum. Hac in re soleo constituere duo capita, quorum primum est, quando agitur de illis contractibus, & actis, quæ s' pro sui substantia, & esse, requirunt scripturam; sicuti sunt contractus censuum, Clement. 1. de censibus, ubi gloss. refert, Decius in rub. C. de mandat. princ. & in l. pactum quod bona fide. C. de pactis, qui refert duodecim casus. Idem conf. 19. num. 9. & alios Afflict. in decil. 253. nu. 3. & 4. in decil. 398. dum decidit, assensum principis in alienatione feudi requirere scripturam pro sui substantia. Hoc sane in capite non est dubitandum, quin contractus ante confectum instrumentum dicatur conditionalis, imò omnino imperfectus, cum careat suo esse, & substantia, & propterea etiam si contrahentes nil de ipsa scriptura dixerunt, nihilominus contractus remanet imperfectus. Ita Baldus in dicta l. contractus, nume. 3. versic. secunda verò opinio. C. de fide instrum. cum dixit, contractus qui fiunt per subhastationes, & qui fiunt à Regibus, & Principibus, in quibus forma scripturæ præcedit consensum, dicuntur fieri in scriptis, & cum Baldo senserunt Salicetus ibidem colum. 2. versic. item nota, quod contractus, cum dixit, obligationem tutoris ad confectioem inuentarij esse, vt scriptura inuentarij conficiatur, vt etiam insinuatio donationis, & dicitur scriptura ex necessitate, & ideo implicite contrahentes eam adhiberi voluerunt, & idem scripsit Salicetus in d. l. contractus, col. 3. versic. idem dico, si scriptura, ubi idem esse dixit, quando vel statuto, vel vsu, & consuetudine scriptura requiritur, & idem dixit in tractatu pacis esse, in quo facta sunt capitula in scriptis, præsumitur, quod contrahentes ipsam pacem voluerint in scriptis eam redigi. Et apertius idem Salicetus in auth. sed nouo iure, col. 3. versic. iuxta hæc quæro, col. 4. versic. aut est dictum tantum, C. si certum petatur, & Aret. in consil. 159. nu. 10. sensit Decius in consil. 340. num. 3. & Thefaurus decil. 197. nu. 7. & in fine 40.

Secundum est caput, quando agitur de illis contractibus, & actis, quæ non requirunt scripturam pro sui substantia s' esse, sed ad faciliorem probationem, iuxta l. contrahitur, ff. de pignor. Hoc sane in capite, quando non adsunt vel clara contrahentium verba, vel vigentes coniecturæ, sed in dubio verisimur, vt quia contrahentes solum dixerunt, quod contractus ipse redigatur in scriptis, atque ita conficiatur instrumentum, hoc sane in casu sunt Doctorum opiniones. Nam permulti scripserunt, quod contractus non est conditionalis, & imperfectus, cum non præsumatur contrahentes noluisse contrahere nisi conficeretur instrumentum. Ita glo. & Bart. in l. contractus, C. de fide instrum. & in l. vltim. C. si certum petatur. Baldus in d. l. contractus, nu. 2. & ibidem Salicetus colum. 3. versic. contrarium video, & idem Salicetus in Authen. sed nouo iure, colum. 4. versic. ante contractum, ff. si certum pet. Ang. in consil. 156. num. 2. Aretinus in consil. 159. num. 9. & 10. Socin. sen. in consil. 32. col. 3. versic. nec est curandum, lib. 3. Dec. in consil. 340. nu. 3. idem in l. pactum quod bona fide. C. de pactis. Curt. iun. in consil. 303. num. 11. & 12. & in con. 304. nu. 46. ubi late differit. Gratus in consil. 107. num. 8. lib. 1.

& sententiam hanc, vt communem sepius secuta est Rota Romana, vt testatur popissime Rub. in decil. 377. nume. 6. in prima parte; Antonius Augustinus in decil. 34. parte tertia, lib. 1. Lancellotus in decil. 517. nume. 1. parte 1. qui etiam refert Puteum, & Petegrinum, & Thefaurus decil. 197. nu. 7. in fine, qui testatur sic obseruasse Senatam Taurini. Ea ratione ij primū moti sunt, quod verba partium contrahentium intelligi debent secundum naturam actus, & contractus, l. si stipulatus, ff. de vsuris. l. 1. §. sub conditione, ff. vt lega. nomi. cauea. & scripsi supra in præf. & infra lib. 6. præsum. Atqui horum actuum, & contractuum natura non requirit pro sui esse, & substantia scripturam, & instrumentum, vt diximus supra. Ergo, &c.

Secundò accedit, quod communis practica, & consuetudo non obseruatur, vt contractus dicatur in scriptis confectus, quando notarius de eo contractu rogatus confecit instrumentum. Ita arguit Aret. in d. consil. 156. nu. 8. versic. in contrarium fortiter, Contrariam itaque opinionem, & malè probarunt Speculator in tit. de empt. & vend. §. 1. in verbo, sed si dictum. Cynus, & Nicolaus Mutizan. in d. l. contractus, C. de fide instrum. & ibi apertius Castr. idem Castr. in l. cum res, C. de probationibus l. si in consil. 151. col. 1. lib. 2. Natta in consil. 357. col. vlt. versic. sed quid. Marcabrunus in consil. 20. nu. 8. Riminal. iun. in consil. 29. num. 18. lib. 1.

Primò pro hac opinione perpendi solet text. d. l. contractus, sicuti illum considerat Aret. in d. consil. 159. nu. 8. versic. venio nunc,

Secundò adducitur lex penult. ff. si minor se maio. dix. quam adduxit Aretinus ubi supra.

Tertiò afferitur text. l. antiquæ, versic. sed si quidem, & in §. vlt. C. ad Velle. quæ induxit Aret. præcitato in loco.

Quartò afferitur ratio, quod contrahentes conferendo diem confectioem instrumenti in illud tempus, videtur in illud tempus confectioem contractus distulisse, quia cum in die contractus habeat notarius esse rogatus de ipso instrumento, non posset esse de eo rogatus, si antea fuisset perfectus, quia eo tempore ipse notarius non erat præsens. Hac ratione vsus est omnium primus Castr. in d. l. cum res, C. de probat. & in d. l. contractus, C. de fide instrum. & secuti sunt Ial. &c.

Respondetur notariū rogari, vt conficiat instrumentum de contractu iam ab ipso contrahentibus perfecto, & concluso, ex eorum assertione.

Retinenda est itaq. illa prima opinio, quæ (vt dixi) communis est. Et quæ quidem sententia locum habet multo magis, quando extant coniecturæ, quibus colligitur contrahentes ipsos habuisse contractum pro perfecto, & conuenisse de conficiendo instrumento, ad faciliorem ipsius contractus probationem. Ita respondit Aret. in d. consil. 159. nu. 10. versic. ego autem. Qui quidem suo illo in casu aliquas coniecturas considerauit.

Prima est coniectura, quando eo tempore confecti contractus volunt ipsum contractum habere effectum, dum transferunt dominium, vt si dans s' in solutum dixit, ex nunc dat, & consignat, & simile referam infra in quinta coniectura.

Secunda coniectura est, quando vnus contrahentium promittit facere instrumentum ad omnes requisitiones s' alterius. Nam tunc contractus iam præsupponitur perfectus, quia aliqui esset posita perfectio ipsa in sola voluntate alterius contrahentium, quod iure permissum non est. Ita Aret. in d. consil. 159. nume. 10. versic. 3. hoc probatur, & hoc in casu rectè procedit opinio Castr. in l. qui bis idem, de verb. oblig. & l. fons in consil. 151. col. 1. versic. & fortius, lib. 1.

Tertia est coniectura, quando ipsi contrahentes iurant, attendere, s' & obseruare. Nam tunc præsumitur perfectus contractus, etiam si deinde debet confici instrumentum

strumentum, tum iuramentum non præletur, nisi perfecto contractu, ita Aret. in d. consil. 159. nu. 11.

10 Quarta est, quando ipsi contrahentes subscripserunt contractum. Aret. in d. consil. 159. nu. 11.

Quinta est coniectura, quando conuentum fuit, quod ex tunc emptor perciperet fructus. Ita Rub. in consilio 29. n. 5. versic. & suadet in casu nostro,

12 Sexta, quando venditor promittit de euisione. Rub. in dicto consil. 29. nu. 5. versic. suadet etiam, quia præfatus.

Cæterum à prædicta communi receptaque sententia receditur contrarijs coniecturis suadentibus contrahentes voluisse confici instrumentum pro ipsius contractus perfectione. Ita Salic. in d. l. contractus, Aret. in d. consil. 159. num. 10. in princ.

Prima est coniectura, si ipsi contrahentes, vel eorum vnus dixit, quod volebat contrahere in scriptis. Ita Salic. in auth. sed nouo iure. col. 3. versic. modo ad propositum, ff. si certum pet. & in d. l. contractus, col. 3. versic. idem dico si in scriptura, C. de fide instrum. & ibid. Castr. n. 3. Aret. in d. consil. 169. nu. 10. Marcabrun. in consil. 20. num. 12.

Secunda est coniectura, quando res ciuitatis venditur per subhastationem, s' nam tunc contractus non dicitur perfectus, nisi confectio publico instrumentum. Ita sensit Baldus in d. l. contractus, num. 3. versic. secunda vero, & ibidem Salicet. quos refert, & sequitur Aret. in d. consil. 159. nu. 10. Cæterum hæc coniectura potius pertinet ad primum caput huius præsumptionis, quam ad hoc secundum.

Tertia est coniectura, imò casus certus, quando partes dixerunt, quod de ipso contractu conficeretur instrumentum, s' quod aliter, & alio modo non valeret contractus. Ita Bart. in l. contractus, in prima lectione, numer. 1. C. de fide instrum. & ibidem Fulg. nume. 1. Angel. in dicto consil. 157. & in consil. 162. Salicet, in authen. sed nouo iure, col. 4. in princ. ff. si certum petatur Aret. in d. consil. 159. nume. 9. in fin. Idem tenet Iason in consil. 251. Decius in l. pactum, quod bona fide, col. 1. versic. ex hoc inferitur, C. de pactis, & in consil. 343. Curt. iun. in consil. 304. n. 47. & 58. & ita fuisse à Rota Rom. decisum, testatur Lac. Put. in dec. 43. lib. 3. & Thef. in dec. 197. n. 2 qui alios refert.

Quarta coniectura est, quando ante factum contractum vnus contrahentium dixit, habeamus s' notariū, qui sit de ipso contractu rogatus. Nam tunc præsumitur, quod voluerint instrumentum confici pro substantia, & perfectione contractus. Ita Bald. in dicta l. contractus, num. 3. versic. 2. vero, & Iason in d. consil. 151. num. 2. lib. 2.

Tutor quibus verbis præsumatur datus, & an tutelam tutor libenter acceptare credatur, ac aliam nonnullam ad tutorem pertinentiam explicantur?

S V M M A R I V M.

- 1 Tutor administrando tutelam, quasi contrahere dicitur.
2 Tutor in dubio quibus testatoris verbis præsumatur datus, vel non datus fuisse, & numero 3. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 25.
4 Testatoris verba ita interpretanda sunt, ne aliquin superuacanea, & inutilia sint. Quod intellige, vt num. 5.
7 Tutorem dari filio licet patri quibuscumque verbis, modo apta sint significare ipsius voluntatem.
46 Matri filiorum tutelam lex deserit, nisi repugnet patris voluntas.
17 Tutor præsumitur datus ille, qui se dñi pro tutore gessit.

18 Tutelam acceptare libenter, nemo præsumitur.
19 Tutor ex mala administratione suspectus præsumitur.

P R A E S V M P T. CXLIX.

Cum tutor administrando tutelam quasi s' contrahe re dicatur, s' item tutor. Institut. de obliga. quæ ex quasi contractu, post præsumptiones ad contractus pertinentes, placuit hæc pauca de quasi contractibus subijcere. Quod vt facerem, suasit exemplum illorum, qui dum Pandectas compilarunt, inter contractuum, & vltimarum voluntatum materias, titulos ad tutelam spectantes collocarunt. Dicimus itaque primum tutores aliqui à testatoribus dari filijs verbis claris, aliquando obscuris. De claris non est quod disputemus. Non enim in illis locus est coniecturis. De dubijs, & obscuris differendum est. Et ante omnia sese offert dubius, & ambiguus ille sermo testatoris rustici, & imperiti, qui aliquando dixerat, se relinquere filium suum viuum, & mortuum s' Titio. Quæ de re interrogatus Socin. senior in consil. 83. lib. 1. respondit, testatorem voluisse dare Titium tutorem filio, dum in humanis fuisset, eo vero mortuo, eundem Titium substituisse. Id quod confirmauit idem Socinus in l. qui duos, in secundo notab. ff. de reb. dubijs. Et secuti sunt Galliaula, & Socin. iun. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substit. ille nume. 539. iste nu. 343. Eman. Cost. in c. si pater, in 1. par. in verbo, moreretur, num. 6. de testam. in 6. Modern. Paris. in annotat. ad Dec. in c. ex parte, l. 2. in 1. notab. de appel. & Boer. in q. 124. n. 6. Ea ratione vsus est Socin. sen. quod cum tutela sit vis, & potestas in capite libero, §. 1. Institut. de tutelis, relinquendo filium viuum, videbatur in ipsum Titium transulisse omnem vim, & potestatem, & (inquit Socin.) sumenda est hæc interpretatio, ne aliqui s' superuacanea, & inutilia sint verba testatoris, l. quoties, ff. de reb. dubijs. Cæterum hæc facile euitari possunt, si dicamus, prædicta verba posse intelligi, si testator præsumatur reliquisse Titio filij sui custodiam, sicuti in casu l. qui aliena, §. quamquæ ff. de negot. gest. ubi à fortiori si mater gerat negotia filij secundum patris voluntatem, nõ dicitur data tutrix, sed vt curam quandam, & custodiam rerum pupillariū habeat, quemadmodum interpretati etiam sunt glossa ibi, & dicemus infra. Et præterea respondetur, actum & dispositionem reddi inutilem, & superuacaneam, quando s' constare non potest quid ille senserit, leg. duo sunt Titij, ff. de testam. tutela, sic & perplexa dispositio redditur nulla.

Secundò rectius probari videtur hæc Socini traditio text. l. sed si hoc, alias, si vir vxori, §. cum vir, in fine, ff. de cond. & demonstr. quo loci respondit matrem præsumi constitutam tutricem his verbis, si à liberis impuberibus non discesserit. Et illo in loco annotauit Castrensis, qd' si testator iubeat matrem morari s' debere cum filijs, videretur eam constituisse filiorum tutricem. Verum argumentationem hanc confutauit ea ratione Ripa in l. Centurio, num. 198. versic. sed aduerte, ff. de vulg. & pupillar. subf. quod Iuriscons. ibi vult curam videri commissam, quando testator inssit matrem morari cum filijs impuberibus. Quibus ex verbis cognoscitur, testatorem voluisse providere imbecillitati filiorum. Secus dicendum videtur, si simpliciter, vel donec vixerint filij, morari iussisset, vt nostro in casu, in quo simpliciter filius viuus, & mortuus fuit Titio relictus.

Tertiò perpenditur text. l. verbis legis, de verb. signific. Vt quisque legasset (statuit lex. 12. tab.) ita ius esto. latissima potestas tributa videtur tutelam constituendi. Est ergo in facultate patris quibuscumque verbis dare filio tutorem, ergo prædicta verba significant Titium datum esse tutorem. Ita hoc argumento vti voluit Eman. Cost. in loco supra allegato. Cæterum existimo nil pernitius